

I. N. S. S. T.

Dissertatio Critico-Theologica,

De

Vera indole

Partium Pænitentiae,

Quam,

Conf. Max. Ven. Fac. Theol. ad Reg.

Acad. Aboëns.

Auctor & Præses

Mag. *OLAVUS SCHALBERG,*

Metaphys. & Log. Prof. Reg. & Ord.

Nec non

Respondens

MICHAËL LUNDÉN,

Sac. Minist. Adj. & curam gerens, ad St. Cathar.

Publicæ Bonorum disquisitioni submittunt,

Die ~~X~~/X Novembr. An. MDCCLXXXV,

In *Auditorio Majori,*

h. a. m. c.

Ab o æ,

Typis Viduæ Reg. Acad. Typ. J. C. Frenckell.

Esa. VIII: 20.

תורה ולחטאות אם - לא יאפרו לדבר הזהר
אשר אין לו שחר.

I Thess. V: 21.

Πάντα δοκιμάζετε τὸ καλὸν κατέχετε.



Præfatio.

Animum, ad opusculum hocce Theologicum jam applicaturi, non possumus non summo cum tædio meminisse, tristissimi, quo vivitur temporis; dum nimirum, *tot*, de ipsa religione, *sunt sensus, quot capita.* Ut enim taceamus, innumerar fere sectas, in quas, fato nunquam satis dolendo, divisa est, quæ a Christo, nomen habet religio; nostro hocce ævo, tanta invaluit, de rebus sacrī, sentiendi licentia, quantum antehac nunquam fuisse, certo est certius. Quem namque fugit, in ipsis Christianorum cœtibus, turmatim inveniri, qui *indifferentismo, naturalismo, tam subili, quam crasso, libertinismo, Deismo, epicureismo ipsique horrendo atheismo*, ita sunt addicti, ut, hos nefandos errores, nec corde fovere, nec ore profiteri, nec calamo divulgare, nec aliis obtrudere, erubescant? Imo, eo usque nonnulli procedunt desperatæ malitiæ & impudentiæ, ut se, præ veris etjam Christianis, sapere jactitent, illosque, pro stupidis, atque superstitionis hominibus, aut simulatoribus & impostoribus, habeant. Valet hoc in primis de *Naturalistis Crassis*, quibus sua valde placet opinio, utpote quæ invictis,

A

ipfis

ipsis suffulta videtur, argumentis. Contendit vero
hoc perversum hominum genus, Divinæ clementiæ
ac bonitati, vix ac ne vix quidem conveniens esse,
aditum ad æternam salutem, post fata exspectandam,
adeo esse angustum, ut non nisi intra Christianæ reli-
gionis pomœria inveniri possit, atque sic invita, ve-
rioris religionis, Christianæ scilicet, ignorantia, labo-
rans Gentilium, Turcarum & Judæorum universa
multitudo, ab æterna illa excludatur felicitate. Com-
mendant ergo fascinati hi homunciones, *pænitentiam*
naturalem, sive *dolorem*, de peccatis commissis, & *vi-*
tæ emendationem, tanquam *media* unice necessaria, ad
nuper nominatam obtinendam beatitudinem. Licet
vero sic miserrimum errent errorem, Joh. 17: 3; illis
tamen longe sunt faniores, qui, nostro præfertim tem-
pore, *omnem damnant*, ideoque de peccatis etiam, *dolorem*,
velut Deo ipsi minime gratum, & consequen-
ter ex animis mortalium, omni nisu atque conamine,
evellendum. Hi, a capite licet, ad calcem, peccatis
contaminati & gravati, Efaj. 1: 6, cantando, saltan-
do, jubilando, ad æterna se optime pervenire posse
gaudia, audacter afferunt; vide, præter alios paulo
meliores, infelicissimi De La Mettrie Traité de la vie
heureuse. Sed quam turpiter & infelicitter fallantur,
videant, si volent, ex Luc. 6: 25. Discant ex Jac. 4:
9, & 2 Cor. 7: 10, sine prævio a Spiritu Sancto ex-
citato dolore, non dari verum aliquod gaudium!
Quanto nocumento, prædictorum singuli, aliique er-
ran-

rantes, orthodoxæ nostræ Ecclesiæ, & fuerint &, in dies, magis magisque sint, facile intelligitur, sed paucis dici nequit. Dumque simul deploranda est veritas, paucissimos & Doctorum & auditorum, *corde* & *opere* confirmare *ipso*, quam *ore* profitentur, doctrinam, & plurimos sic esse, qui vitam, evangelio Christi indignam, gerunt; Oedipo cæcior, facili adsequi potest conjectura, numne tempora illa adsint, vel ingruere faltem cœperint, de quibus loquitur Spiritus Sanctus, in Matth. 24: 37. Luc. 17: 26. 18: 8. Judæ Epist. v. 18, 19. Nostri jam non est instituti, media proponere, quibus miserrimus, ecclesiæ nostræ, status possit & debeat emendari; unicum tamen, idemque maxime cardinale, nominasse, & decet & juabit. Omni nimirum laborandum est studio, ut doctrina nostra Evangelica, a quovis, semper *talis* doceatur, *qualis*, a Christo ipso, ejusque discipulis & Apostolis proposita, nobisque in N. T., tradita est; *nihil addendo, demendendo nihil*, Deut. 12: 32. Gal. 1: 8. Si fecus fiat, dubium non est, quin doctrina, quæ esset odor vitae, ad vitam, evadat odor mortis, ad mortem 2 Cor. 2: 16. Factum hinc est, ut diu & admirati sumus & doluerimus, in scriptis nostris Theologicis, reperiri dissensum, in *doctrina de pœnitentia*, quæ tamen ita est fundamentalis, ut illa corrupta vel mutilata, *fides* & *salus* farta tectaque manere nequeat. Gratiissima itaque Regis nostri Clementissimi, Augustissimi, venia, specimen aliquod Theologicum, disputatione

do edituri, eo magis, nominatum dissensum obelo notare, statuimus, quo certius nobis constat, multos rudiorum præcipue, nominato dissensu, & haec tenus turbatos esse, & posthac turbatum iri, nisi fundamentalis hæc & maxime necessaria doctrina, in concionibus nostris sacris, atque libris, præsertim asceticis, melius exponatur, quam hucusque a multis tradita est. Hoc, qua ratione, fieri debeat, nostrum jam erit, ad normam S:ræ S:ræ, dilucide ostendere. Ne vero illotis manibus, arduum hocce & sacrum adgradiamur negotium, Te, Deus noster & Pater luminis, supplices oramus, digneris nos, in omnem veritatem ducere, quam, nostri hujus contaminis proram esse & puppim, optime Ipse nosti!

§. I.

Poenitentiam latiori jam confideramus sensu, quo contritione & fide absolvitur, Matth. 3: 2. Marc. 1: 15. Lucæ 15: 10. 18: 13. Commemoratus supra nostratum dissensus, non quidem partium poenitentiæ numerum, sed eorundem indolem, quantitatem, intensionem aut mensuram, concernit. Alii enim uno eodemque gradu, summo scil. contritionem & fidem, cuivis regenerando, justificando & salvando, esse necessariam, contendunt; alii vero, diversos utriusque gradus, dictis sufficere finibus. Effata Theologorum nostrorum singula, utramque sententiam comprobantia, heic cumula-

mulare, minime e re est; nonnulla namque nobis sa-
tis erunt, cum, qui volet, evolutis nostratium libris,
reliqua ipse faciliter invenire poterit negotio. Quod ad
illos attinet, sequentia accipe, de *indole contritionis!*
Anno 1729, typis Stockholmiae evulgata est concio
quædam sacra, a Nycopiensi quodam verbi ministro,
J. Hellman habita: *om den sanna, levande och salig-
görande tron;* ubi sensum suum, de necessitate contri-
tionis, *in summo gradu,* passim expressum, sequenti-
bus Libb. Symbolicorum verbis confirmat: tron up-
går, under samvets ångesten - - - . Vocant, inquit,
dolorem de peccatis, *horribiles motus conscientiæ*, för-
skräckelige rörelser, i samvetet. Hvem skulle icke
håldre, med pantsar och harnesk, föka Jacobs tem-
pel, eller St. Pärs Kyrka (som de Påfviske i sin blind-
het göra) än utstå *ineffabilem vim doloris*, then outfå-
jeliga ånglans håftighet, som ock är uti den NB. me-
delmåttige, så framt det är en sanfårdig bot och båt-
tring. - - - Thetta är icke en tagen, sjelfgjord, eller
helfkallad, utan en vårkat synda-ånger, *ett samvetes
marter och qual*, et sanfårdigt hjertans lidande, *en död-
sens smak*; pagg. exemplaris Libb. Symboli. quo usus
est D:rus Hellman, 193, 320; concionis vero ejus
pag. 22. Celeberr. D. D. Fechtius statuit, contritionis
tres esse partes, *agnitionem, displicantiam & detestatio-
nem peccati*, cum *summo dolore conjunctam*; Compen-
dii sui Theol. p. m. 738. Jacobus Rauppius, ad proposi-
tam quæstionem: an *terrores* pertinent, ad partes pœ-

nitentia? respondet affirmando, allatis, in robur suæ
 sententia, Psalmis 25: 17. 31: 13. 34: 19. 38: 4, 5, 9,
 II. 51: 10. 102: 5. 109: 22. Jerem. 23: 9. videantur loci
 ejus communes, & quidem quæstio I. L. de pœnitentia.
 Sic etjam Grosserus, ad quæstionem illam: *quid est contritio?* respondet: est verus *angor & terror conscientiae*, &c.; Theol. Thet. Element. Loc. de Pœnitentia. Cum nominatis Theologis facere etjam videatur Rev. Archiep. Benzelius & Scriverus, ut patet
 ex illius Rep. Theol. Artic. XI, Quæst. IX, & *hujus*
 ex operis, quod Svetice Sjåle-skatt dicitur, p. m.
 138. Inde quoque factum est, ut hocce tempore, mul-
 ti fere, quos nobis audire licuit, concionatores, uno
 eodemdemque modo loquantur, de indole contritionis,
 citatis vulgo versibus quibusdam, ex Psalmis Da-
 vidis pœnitentialibus, quem *summo affectum fuisse con- tritionis gradu*, notissimum est. Plura itaque adferre
 supersedemus exempla, utpote sæpius in sermonibus
 nostris sacrис obvia. De *fide* vero sic iidem loquun-
 tur. Nuper commemoratus D:nus Hellman: Then
 lefvande och saliggörande tron - - - - består af the-
 se trenne oskiljaktige stycken eller våsendtelige egen-
 skaper, nemlig: en lefvande kundskap, et *otvifvel- aktigt bifall*, och en *innerlig hjertans lit och förtröstan*
 på Guds nåd och kraft, i Christo Jesu; pag. concionis
 excitatae 13. Rever. D:nus Benzelius: fides est notitia
 viæ salutis, firma credendorum *assensio*, & certa cor-
 dis fiducia, qua Christum redemptorem nostrum, &c.;
 vide

vide Repet. Theol. l. c. collata definitione fidei cum
 iis, quæ adferuntur in nota (ε), eidem quæstioni sub-
 juncta. Beatus Svebilius: en rått och saliggörande
 tro är icke någon blott kundskap, om Gud och hans
 helga ord, och samtycke dertil; utan är en *viss tilförsikt* och *hjertans förtröstning*, til Gud, om syndernas
 förlåtelse, &c. vide Cateches. ejus, artic. 3, quæst. 79.
 Grosserus, *fides*, inquit, est *certa fiducia*, sive persua-
 sio, negationi, *dubitacioni*, *metui opposita*; Libr. cit.
 Loc. de Justific. quæst. IX & XII. *Quia*, per & pro-
 pter Christi meritum, peccata nobis remitti, *firmissime*
 credimus; quæst. IV. Quod autem ad *hos* attinet,
 qui scilicet urgent, *diversos* dari *contritionis* & *fidei*
gradus, non negant, *contritionem* & *fidem* quorundam
 poenitentium *talem esse*, *qualem* excitati aliique Theo-
 logi utramque definiunt; monent vero simul, conve-
 nienter S:ræ S:ræ & spirituali experientiæ, *dictas* pœ-
 nitentiæ *partes*, *varios*, præter summum illum, ad-
 mittere *gradus*, cum quibus, regeneratio, justificatio
 & salvatio æque consistere possit. De *contritione* igi-
 tur hi sequenti differunt modo. Här återstår ånnu,
 (inquit beat. Reg. Aul. Concionator Mag. And. Nohrborg)
 angående synda-sorgen, tvåne ganska vigtiga
 frågor, som bekymra och förvilla, många upväckta
 sjalar, nemligen först: *huru stor bör synda-sorgen vara?*
Huru och hvaraf skal man veta, at det är nog? Härpå
 svaras, at det kan icke något vist mått utfåttas. Guds
 Ande lämpar sig häruti, efter hvars och ens beskaf-
 fen-

fenhet, förhållande och behof; operis sui, quod Sve-
 tice vocatur: *den fallna mennisjkans Salighets-ord-
 ning*, pag. m. 402. Celeberr. D. Doct. Knös, quid igi-
 "tur, inquit, de *mensura & gradibus contritionis*, te-
 "nendum sit, quæritur? Respondet vero: *intenſio s.*
 "mensura contritionis, quanta esse, & *tempus*, quamdiu
 "durare debeat, definiri non potest: quia neutrum Spi-
 "ritus S:tus, in sacris litteris, determinavit, sed sibi
 "ipſi hanc mensuram reservavit, ut per vim veritatis,
 "quæ opus diaboli, in anima manifestat & condemnat,
 "(I Joh. 3: 8.) *tantum*, in quolibet convertendo, ope-
 "retur *contritionis gradum, quantum*, ut cor, quod a-
 "liis in rebus antea defixum fuit, Evangelio attende-
 "re velit, (Act. 16: 14.) *necessarium* deprehendit: haud
 "secus ac *necessarium* est ægroto, ut tantum veritatis
 "de morbo, ejusque gravitate vel qualitate, percipi-
 "at, quantum sufficit, ad eum permovendum, ut me-
 "dicum admittat; Institt. Theol. Practic. §. 55. Lika
 som nu, inquit magnus noster D. Fresenius, thenna
 forgen, efter Guds sinne måste af Gudi utbedjas, e-
 medan hon är en thens Heliga Andas verkan, altså
 hafver hon jämval *fina vissa grader* eller *steg*, them en
 mennisjkja sig så litet gifva kan, som sjelfva ångren;
 utan then Helige Ande inråttar then efter sin eviga
 vishets reglor, såsom våra omständigheter thet for-
 dra. På thet nedersta steget känner man väl icke nå-
 gon stor ångest och plågesam smärta; men man är
 likväl fattig i andanom, känner sin vanmåktighet och
 liflös-

liflôshet til alt godt, förjer och hafver et beångstadt
och ödmjukt hjerta för Gud, hvilket hatar alla syn-
der redeliga. Thet hôgsta steget finne vi uti några
Bot-Psalmer, och echo som theruppå står, han kan få-
ga med David, utaf Psalm. 38: Tin skott åro fastnade
i mig; och Tin hand trycker mig, m. m. vid. Libr.
ejas, Communionis, pag. m. 34. & seq. De *fide* vero
sic hi loquuntur: Megalander noster Lutherus: det är
trons art, at känna synden, och gärna vilja vara den
qvitt. Om du känner oro och vanmåktighet hos dig
i ditt hjerta, men gärna önskade, at du hade tron, få
tacka Gud; ty det är et vist tekñ, at ordet har trâffat
och rôrt dig, och ófvar dig, trycker och drifver dig.
Tom. III. Jen. f. 162. Et alibi: Hvad vore det för en
tro, om jag funne ingen bâfvan och bekymmer i hjer-
tat, hvarmed tron dock både ófvas och prófvas. Och
åter: när et rått ångerfullt hjerta (som Konungen af
Nineve hade) talar lika som det tviflade, få låter det
förstå, at det icke ånnu sluppit igenom alla anfâk-
ningar och hinder, som satan kastrar i vägen för tron,
utan är ånnu stadt i nöd och arbete: derföre åro få-
dane ord fast mer tekñ, at tron där finnes, nemlig
fådan tro, som är stadd i fruktan och anfâkning, men
har dock Guds Nåd för ógonen. Tom. 5. Wittenberg.
fol. 324. Doct. Mart. Chemnitius: Om tron ej felar i
sitt ógnamärke och det hon eftertraktar, utan fattar
Christum, fastän med en svag förtrôstan, eller allenast
bjuder til och söker at fatta honom, få är det en sann

B

och

och råttfärdiggörande tro; conf. D:ni Pontopp. Spec. fidei, pag. m. 67. Citatus supra D:nus Mag. And. Nohrborg, eandem prorsus tuetur sententiam, quam utpote prolixorem, quisque videre poterit in laudati operis ejus pag. 489. & seqq. Maximus ille, dum viveret, jam vero beatissimus D:nus Episc. Pontoppidan: Jag har med förundran märkt, at folk gör sig det begrep om tron, at den samma egenteligen skal bestå i en ganska stark försäkran om deras synders förlåtelse genom Christum, hvaraf nödvändigt måste visa sig en stor frögd och förnöjelse i själén. Härav följer nu, at de, som icke kunnat ernå någon hög och fast försäkran om deras vänskap med Gud, utan blott och allenast finna hos sig (fiduciam supplicem) en helt eländig och svag förtröstan, eller mera längtan efter nåd, än försäkran om nåd, och följakteligen förnimma icke hos sig någon synnerlig sjåla-ro och fót tröst, de varda då utaf sådant vrångt begrep djupare och djupare förledde til onyttiga tvifvelsmål, ja omsider ock falla åter rent af, blifva ledsna och trötta vid **Gudaktighets-öfningen**, då tvårt emot många köttliga och oomvända menniskor inbilla sig och drömma om försäkran af Guds nåd, midt under deras synder, och kunna aldrig komma til någon sann botfärdighet; förté de mena, at deras roliga och tröstefulla hjertas tilstånd, hvilket dock allenast går ut på en köttlig säkerhet, är nog samt vitnesbörd, om deras synders förlåtelse. Hela grunden til detta falska systeme, är i kort-

korthet denna: Hvilken som allenast ständaktigt tror, och förläter sig derpå, at hans synder åro honom tilgifna, och at han för Christi död visserligen skal varда salig, han blifver ock dersöre, eller just för den orsaken skall salig: Tvårt om, hvilken som i minsta måttan tviflar om sina synders förlåtelse, och om salighetens erhållande, han värder eo ipso, just för det samma, fördömd. Hvarföre intet är farligare än tviflan, och intet nødvändigare än försäkran. Jag vet icke, hvad som gifvit anledning til denna vrånga mening; men det vet jag vist, at åtminstone tager gemeine man ibland oss saken på denna fot. Men de orimligheter, som flyta af denna sats, visa nog samt, at den är icke riktig, åtminstone icke efter alla assikter och meningar. Vårkeligen är denna sats sammanflickad af half lögn och half sanning, eller har lögnenes anda förgylt sina onda och giftiga pilar, med utvärtes sken af fanning; hyarföre de ock åro så mycket farligare, och lättare antagas, än om rena osanningen och det onda straxt lyste enom i ögonen; ty då blefve ingen bedragen; laud. tractat. p. m. 68, 69.

§. II.

Horum nos insistentes vestigiis, ad ductum S:ræ S:ræ, statuimus, *contritionis & fidei* varios esse gradus, a nemine mortalium, accurate determinandos, &, quod præsertim attinet ad *fidem veram, vivam &*

salvificam, illam esse vel FORTEM, FIRMAM, REFLEXAM & TRIUMPHANTEM, vel DEBILEM, INFIRMAM, DIRECTAM & SUPPLICEM. *Illa* commemoratur Rom. 4: 20, 21. 8: 38, 39. 2 Tim. 1: 12. Gen. 32: 26. Matth. 8: 10. 15: 28. Act. 6: 5, 8. 11: 24. Ebr. 11: 1, & alibi; *hæc* intelligitur, Matth. 8: 26. 14: 31. 16: 8. Rom. 14: 1. *Utriusque* mentio fit in Rom. 15: 13. Ephes. 1: 16, 17, 18, 19. 1 Cor. 2: 12. Phil. 1: 6. 2 Thess. 1: 11. Luc. 17: 5. *Illa* prædicti, sancta παρενοια και πεποιθησει, ad Deum accedunt, Eph. 3: 12.; plena πληρωφορια, Christum sibi vindicant, Cant. 2: 16.; confidenter, sub aliis ejus acquiescunt, Psalm. 36: 8.; in Deo suo gloriantur, Rom. 5: 11, & exsultant, Luc. 1: 47; *hæc* iterum, esuriendo, sitiendo, Matth. 5: 6; quærendo, Es. 55: 6. Amos 5: 4. clamando, Ps. 130: 1-8, id est, intensissimo desiderio, gratiam & remissionem peccatorum expetendo, ad Christum Mediatorem anxi confugiunt, Eum Ejusque justitiam amplectendo, vel saltem amplecti conando. *Illa* est, qua credimus & scimus, nos credere; *hæc*, qua credimus quidem, sed nescimus nos credere, 1 Joh. 5: 13. *Illa* non necessario est omnium fidelium; *hæc* contra. *Illa* non necessario requiritur, ad actum justificationis, sed post illum demum, ordinarie oritur; *hæc* vero contra. Certe, qui adjunctas amaritudines carnis cogitaverit; "qui tentationum catervas illas, apud se pensitaverit, "quibuscum fidelibus non raro est luctandum, quæque non aliter ac nubes densissimæ, justitiæ ipsorum fo-

solem Jefum, ab oculis illorum occultant, variis du-“
 biis vexant, lætitiaeque sensu omni privant. Qui at-“
 tenderit, quoties fidei illorum exercendæ gratia, fi-“
 delibus suis sese veluti subtrahat Salvator; quoties“
 quærant & non inveniant, quoties clamant & respon-“
 sum non accipiant, facile intelligit, fidem triumphan-“
 tem seu plenissimam acquiescentiam, quæ ex fruitione,“
 boni desiderati & inventi, oritur, non semper omni-“
 uni esse fidelium, qui tamen revera actu credunt, eo“
 quod desiderent, quod querant & exspectent. Nam fi-“
 des infirma etjam est fides, Luc. 17: 5. Rom. 1: 17. Hinc“
 quoque S. Scriptura hos actus distinguit, Matth. 9:“
 22. Rom. 15: 13. Eph. 1: 16, 17. 3: 12. 1 Joh. 5: 13, &“
 alibi. Neque vero ita hi gradus sunt distinguendi,“
 quasi in fiducia supplici, omnis abesset suavior gratiae“
 sensus, vel in triumpuante, omne abesset desiderium. U-“
 na enim eademque est fides, quæ modo in hoc, mo-“
 do in alio sese exserit actu, pro diversitate subjecti,“
 quod aut firmioris aut infirmioris fidei capax est; un-“
 de etjam jam ab hoc jam ab alio actu, nominatur; vi-“
 deas hæc in Dissert. Theol. de natura fidei, Auctore
 D:no Mag. Nic. Christ. Clewberg, moderante Celeb.
 D:no Theol. Prof. Er. Kinnmark, Upsaliæ edita, anno
 1777, part. 1:mæ pagg. 55, 56. Quæ ibidem, in nota,
 verbis allatis, subjuncta, illustrationis ergo, adferun-
 tur, digna omnino etjam sunt, quæ huc transcriban-
 tur. Ita vero illa habent: non satis accurate fides, defi-“
 nitur per certam firmamque persuasionem de gratuita pec-“

"catorum propter meritum Christi remissione. Nam fides
 "infirma etjam est fides. Illud firmum igitur Essentiam
 "fidei non ingredietur, sed eam ad robur provectam in-
 "dicat. Pari modo minus recte definitur per indubiam
 "immotamque certitudinem de Salute nostra per Christum
 "obtinenda; etenim non raro cum dubiis fides collucta-
 "tur & inter preces, lacrimas & suspiria vincere cona-
 "tur. Neque omnino approbare possum verba Celeb.
 "Schuberti, dum intimam & perfectissimam acquiescentiam
 "semper cum Desiderio connexam esse statuit. Instit. Theol.
 "Dogm. p. 570-1. Repugnat enim experientia fideli-
 "um, quos faepius, non modo inquietudine tentari, sed
 "gravissimis etjam terroribus affici contingit. Hujus rei
 "exemplum memoriabile habemus in Davide, cuius fi-
 "des turbulentis motibus & tam anxia perplexitate fa-
 "pius fuit agitata, ut de Dei natura litem moverit, pro-
 "ut ex innumeris patet quærimonis, quas videre licet
 "Ps. 42: 6. 43: 5. 77: 10. Non tamen in hoc ipso cer-
 "tamine, ad Deum assurgere destitit, sed animam suam
 "hortatur, ut ad quietem redeat. Enixe ad correctio-
 "nem aspirat, nec diu in vitio hæret timiditatis, sed fi-
 "de erigitur, Deique liberationem & robur exspectat.
 "Ps. 31: 23. 27: 14. 42: 6, 12. 49: 5. 77: 12. 106: 7.
 "Certamen suum denique persecuitur & imbecillitatis
 "suæ conscius auxilium Dei flagitat, atque adversus
 "stuporem, segnitiem suam acuit precando Ps. 119: 43.
 "Rectius igitur, judicium tulit Mart. Chemnitius, qui
 "veram & salvificam esse ait fidem, quæ infirmiter li-
 cet

cet Christum apprehendit, vel saltem conatur *Ego experit apprehendere.* L. L. Theol. loc. de Justific. p. 162. cfr. p. 269. &c. Ex allatis igitur abunde patet, doctrinam de *fide infirma*, firmissimo niti fundamento; quæ, ut rectius intelligatur, probe notandum est, *fidem*, non tantum in *statu extraordinario*, tentationis nimirum, sed etjam in *ordinario*, *sæpiissime esse infirmam*, idque vel *culpa hominis fidelis*, præter alia, mediis salutis non prudenter satis utentis, vel etjam, *sapientissima dispensatione* ipsius Spiritus Sancti. Hoc, sequentibus verbis, magnus ille & pius confirmat Pontoppidan: Åndteligen bør det märkas, vid pröfvandet af vårt bifall och samtycke, at tron, i anseende til samma bifall, icke allenast i frestfes-stunden, utan också utom anfåkningen i det stilla lefvernet, kan vara svagare och starkare, den ena tiden mer än den andra, hos dig mer än hos en annan Guds vän, och det alt sasom de dyra Nåde-medlen, Ordet och Sacramenterna blifva brukade och nyttjade, och efter som den Helga Anda, som igenom dem vårkar, gifver nåde och kraft til. Således säger jag, sker det, at på samma tid, då man ej känner så häftiga frestelser, kan likväl trons bifall vara mycket svagt och matt. Den saliga Tros-Hjälten Lutherus säger i sina Tischred. fol. 166: 6, när han talar om Paulus: Jag håller före, at den helige Paulus sjelf har icke kunnat tro det så starkt, som han talar derom. Sannerligen: jag kan, ty vårr! icke tro så starkt som jag talar, predikar och skrifver

der-

derom, och som annat folk tänka om mig. Håraf kan man lätt sluta, at Lutherus på detta stället talar icke egenteligen om anfâktnings-stunden, utan om sit hjer-tas tillstånd, under ordinaira lesvernet. vid. Spec. Fidei, pag. 24, ad calcem. conf. Doct. Joh. Phil. Frese-nii lib. communionis, pag. m. 106, seqq. Dubitan-tem vero, vel quærentem, an *fidei infirma*, æque ac *firma*, justificemur & salvemur? ad loca S:ræ S:ræ su-pra citata, remittimus, quæ utramque illam maxi-mam prærogativam, *fidei infirmæ*, adjudicant, obser-vantes insimul, constantem ideo esse saniorum, Eccle-siæ nostræ, Theologorum, sententiam, *fidem* justifica-re, neque in prædicamento *qualitatis*, neque *quantita-tis*, sed *relationis* tantum, de quo plura legas, in Max. Rev. D. D. Knös Instit. Theol. Pract. §. LXVII, pag. 364. Postulat itaque jam ordinis ratio, ut, quomodo definienda sit *fides firma* & *infirma*, indicemus, quo melius pateat, qua differant ratione. *Illam*, a pluri-mis aliis, præsertim vero, a Rev. Sviblio & Benze-lio, locis antea citatis, definitam, videas, sis. Concedit tamen beatissimus Benzelius, etjam *infirmam* dari, quod videre licet ex Libr. cit. Artic. XII, qu. IX & X. *Hanc autem dicimus esse sincerum, serium, constans & ardentissimum desiderium Christi, conjunctum, cum aliquati meriti ejus apprehensione, vel minimum, cum conamine id apprehendendi, Ps. 38: 10. 63: 2. 143: 6. 119: 81, 82. Esaj. 26: 8, 9. 41: 17. & alibi.* Sciendum porro, utramque hanc fidem, qua singulas quidem partes, h. e. qua noti-

notitiam, assensum & fiduciam, differre, (econ. Nohrborg, pag. 491, seqq.); cum tamen *fiducia, fidei palmaria pars sit, in illa etiam, primarium utriusque latet discrimen, fusius paulo exponendum.* Distinguendum igitur est, inter *fiduciam supplicem & triumphantem, sive gloriosam;* illa tenera est & debilis, tantum sese exserens *cordiali desiderio,* vel, stilo scripturæ, *pulsando, querendo, esuriendo, sitiendo,* ut, in antecedentibus (§. 3.) monuimus, cuius exempla videoas, Esaj. 35: 3. Luc. 18: 13. Marc. 5: 33. 9: 24. Ebr. 12: 12.; qua etiam ipsum fidelium Patrem Abrahamum, ab initio, laborasse, ex Gen. 15: 8, indubium est. *Hæc vero firma, certa, fortis & heroica est.* Illa apprehendit Christum, sed *tremula velut manus,* propter *adhærentem adhuc metum, & dubia varia;* hæc vero, ut *robusta, summo cum gaudio, &, de hostibus spiritualibus, triumphante animo,* ad exemplum Pauli, Rom. 8: 38. 2 Tim. 1: 12. *Illi ergo vera indoles & essentia consistit, in contritæ & anxiæ mentis aditu, accessu & refugio anhelanti atque supplici,* ad Deum, mediantibus multis, seriis & incessantibus suspiriis, de gratia Ejus, peccatorum remissione & fidei suæ augmento; *hujus vero, in indubia, intrepida & solatii plenissima apprehensione meriti Christi, omniumque ab illo partorum bonorum.* Utriusque hujus fidei naturam, decenti satis eodemque gemino simili, illustrat Scriverus, dicendo: den saliggörande trons våsende består otvifvelaktigt i en hjertelig förtröstan på Jesu

Christi förtjänst. Men denna förtröstan kan på dubbelt fått betraktas, i anseende til begynnelsen och utgången. När et sådeskorn faller i jorden, så spricker det först ut, och begynner visa sin kraft och lif i et litet strå, derefter tager det til, och omsider blisver en fullkomlig planta deraf. Et mox: En humle-tåg, ärter och dylika långa och krypande växter, hafva väl icke af naturen den kraft, at de sjelfva kunna skjuta i högden, och bestå mot vådret, dock hafva de den art, at de hålla sig fast vid, och räckta sig til stötar och pålar, derföre ser man dem ock krypa få långt bort öfver jorden, til des de nå et trå eller dylikt, som de kunna sno fig om, hvartil de hafva fått sina små snod eller häften, som man ser på vinrankor, ärter och andra små växter. Så går det ock med botfärdiga sjålar, när de begynna at tro, så skef all ting i stor skröplighet, dock hålla de sig af hjertat til Christum, och deras suckar åro som hakar, hvarmed de hänga sig fast vid Christum. De skåda sin Återlösare med gråtande ögon, och såsom i en tókn, at de icke rått kunna känna honom. De tro, dock med fruktan, icke få, at de båra någon tvifvelaktighet hos fig, om Guds allmåns Nåde, och den fullkomliga förloftningen, som är skedd genom hans Son; utan såsom de, hvilka ej ännu kunna tilägna sig säkert de allmåns löften, och förlåta sig derpå, af alt hjerta; vid. Pont. pag. 40, ad calcem.

§. III.

Qui haec omnia, qua deceat attentione consideraverit, ei non difficile erit intellectu, quam præpostere & male illi faciant, qui a quovis *regenerando, iustificando & salvando, plenissimam illam & consummatam fiduciam,* requirunt, neminem sic *pro regenerato, converso* sive *fidi* habentes, nisi qui eadem sit ornatus. Rerum sacrarum experientissimum D:num Episc. Pontoppidanum, in hac maximi momenti quæstione, judicem audiamus: efter vi, alla tider, finna, i Guds Kyrka sådana svagtrogna och andeliga fattiga ibland os, hvilka utan tvifvel utgöra största antalet af fanna trogna, så hafva Ordets Lårarne nödigt at taga i akt, det de icke aldeles sönderbryta dessa förkrossada rör, eller utsläcka sådana rykande vekar, eller som Paulus säger, i stället för at taga dem faktmodigt emot, kränka och förderfva deras samvete, och fätta deras arma själar i förvirring och åfventyr, och det sker dock, när en Lårare, som sjelf kan vara högt benådad, icke är varsam nog, i sina Predikningar och andra skrifter, icke nog öfvervägar och afmåter den stora och öfvermåttan viktiga åtskilnad, som gifves emellan en och annan Andans vårkning, och således icke vinlägger sig om at dela fanningens Ord råtteliga, utan måter alla andra efter sin aln, och söker hos dem just det samma, som han, skönt oförtjent, kan hafva framför många, eller tilfällesvis, med den minsta delen af fanna trog-

na, pag. 50. Solent nuper nominati Theologi adferre & maximē urgere dictum illud, Ebr. 11: 1. tanquam Lydium lapidem, illis omnibus observandum, qui ad monitum Pauli, 2 Cor. 13: 5, ut debent, probare voluerint se ipsos, num sint in fide. Quam vero inepta sit hæc amissis, respectu illorum, qui *infirma* laborant *fide*, &, ex dicto illo Paulino rite intellecto, patet, & duobus tristissimis exemplis, (quibus plurima, proh dolor! dari ex affe similia, nemo sanus dubitaverit) nos docet maximus ille & jam excitatus Auctor, cuius hæc sunt verba: Jag känner en själ i Christo, som för några år blef besökt af Gud, med en stark drift och tilskyndelse, at ganska noga undersöka sin tro. Nu förfåg sig densamma derutinnan, at hon icke blott blef vid den Heliga Skrift och dess klara vittnesbörd, utan stödde sig måst vid mänskliga Skrifter och Theologiska förklaringar; derföre vederfors henne, til en välförtjent tuktan, at de många rörstafvar, i stället för at understödja henne, gingo henne liksom genom handen, ja, igenom hjertat, och förorsakade mer oro. Således gick det til: hon fant hos sig en helt svag tro. Väl bar hela hjertat fiendskap til synden, och var fullt med upriktigt upfåt til helgelse, samt i brinnande långtan vånde sig til Gud; men den Himmelska tröst, den föta frimodighet, eller trons fulla förläkran saknades aldeles. Der syntes vara idel sökande, utan at finna, idelt skrikande, utan svar, idel hunger, utan måttelse, hon fant icke Christum, sin tros mål och medelpunct, som

som hon ville, och derföre tviflade, om hon ock i sanning hade fattat honom; ty så mente hon: vore så, måtte han visserligen straxt igen kårligen omfamnat henne, och gifvit på hennes lückande röst eller rop, et gladt echo och gensvar. Hon ville med kraft förnimma den Helga Andas directe och kännbara vittnesbörd. Men ju mera hon med smärta långtade deraf, ju längre syntes det vara borta. Håröfver blef hon då så ångslig och anfåktad, at hon fruktade, det hon hade slått ingen tro. Hon ville efterlesta Pauli ord 2 Cor. 13: 5. Pröfven eder sjelfva, om J åren i trone. Men i stället för at pröfva sig sjelf, och examinera sitt hjerta, examinerade hon Gud, och undersökte med stor ångest, hvad för grad af tröst och salighets försäkran hon måtte finna hos sig, då likväl fädant icke är menniskjans vårk, utan Herrans allelna. Det gick henne härutinnan, som det går med de eftersökningar, som ske af misstankar. Då söker man det, man fruktar före at finna, och för spåret af viisheten, rákar i idel tvifvelsmål, pag. 42. Et alio loco: Derföre finner jag, at den sats är aldrig utan fara, at man fätter, om icke trons råttfärdig- och saliggörande beskaffenhet, dock likväl et hufvud-kännetekn derpå, i en viis försäkran om sin salighet. Denne sats tillycker Himmelens dörr för alla dem, som ej ännu, för deras tros svaghet, hafva ernådt sådan försäkran, eller i anfåktning hafva mistat den. Ty ho som icke har den råttfärdiggörande beskaffenheten,

han kan ej heller hafva sjelfva råttfärdiggörelsen. Derföre åro många råkade i djupaste förtvislan; och jag ville gerna veta, huruledes en Sjåla-Herde, som af ofvanrörde sats är intagen, vil stilla och trösta et förfäradt hjerta, utan at bortkasta sina förut fattade tankar. pag. 74. Ex his itaque in unum collectis concludimus denique, prædictorum Theologorum sententiam, de *vera indole fidei salvificæ*, esse minus genuinam & adcuratam. Hocce vero tempore, si unquam antea, maxime cavendum est, ut ne aut rudiores conturbentur, aut hostibus tam religionis Christianæ generatim, quam speciatim Lutheranæ, anfa vel minima præbeatur, nos cavillandi, & ipsum religionis systema, incertitudinis vel falsitatis suspicandi, suisque sic turpissimis, maximis, lethalibusque erroribus pertinacius adhærendi.

§. IV.

Rejecta itaque horum Theologorum probandæ fidei norma, tanquam *universalis* scilicet; par omnino est, ut jam indicemus, qua ergo ratione, quisque se ipsum & possit & debeat explorare, cum hoc ipsum sit officium & a Deo ipso, singulis nostrum, injunctum (§. antec.) & in se maxime necessarium atque utilissimum. Quin, qui *fidei*, donati sunt *triumphante illa*, in dicto illo, Ebr. II: 1, & similibus S:ræ S:ræ locis, velut in speculo clarissimo, eandem delineatam intueri

ri & agnoscere facillime queant, nullum est dubium. Sed, cum illa sola non sit vera & salvifica, (§. §. 3. 4.) quæritur heic, quomodo, qui eadem (triumphante) carent, se probare & scire poterunt, num *infirma*, vel *nulla*, gaudeant *fidei*? Ardua sane quæstio, ad quam responsuri, quantum in nobis, cavebimus, ne justo vel plus, vel minus requiramus, quo neque ellychnium illud fumigans, sive *fidem infirmam*, extinguiamus, neque dominantem incredulitatem sopiamus. Eo itaque tota hæc redit res, ut dicti homines studiose inquirant, num *tali* ardeant *desiderio*, quale, *fidem infirmam* eandemque *salvificam* constituere, diximus §. præcedenti. Hoc autem ut certo cognoscant, examinare debent, 1:o causam *desiderii sui*, num scilicet ortum sit, ex *justa* & *viva*, tam *connatæ*, quam *contractæ* malitiæ & miseriae, per legem Dei, *excitata cognitione*, nec non *justo*, de utraque illa malitia, sive de peccatis omnibus, *dolore*; Matth. 9: 12. II: 28; num ex *defectu aliis*, ad quem, præter Christum Mediatorem, a peccatis, legis maledictione, ira & justitia Dei vindicativa, liberandi confugiant, Act. 4: 12; numne sic inde in primis, quod, (ut sunt verba Lutheri in Artic. Smalcald. p. 319, & in comment. priori ad Gal. IV.) *desperent, de se ipsis*, h. e. de virium suarum sufficientia, ad iram Dei placandam; 2:o *Ipsum desiderii sui* obiectum, quod esse debet; TOTA SACRO SANCTA TRINITAS, præsertim vero Θεονθεωπος JESUS CHRISTUS, ut SACERDOS, qui æternam nobis meruit, sanguine suo,

suo, redēptionem, Ebr. 9: 12; ut REX, cui obēdīre
 velint, in omnibus; ut PROPHETA, cujus doctrinam,
 adoptare eaque semper sese delectare debeant. Pau-
 cis: expendere eos oportet, num CHRISTUM MEDIA-
 TOREM ideo desiderent, ut, per & propter illum, *ju-
 stitiae fidei*, participes facti, *justitiae vitæ*, sive sanctita-
 ti infusatæ, quoad unquam, in misera hac mortalita-
 te, fieri possit, sicut debent, studere queant, Tit. 2:
 11 - - 14; 3:0 *Indolem desiderii sui*; num scil. 1:0 verum
 sit & *ardentissimum*, cum rerum mundanarum justo
 contemtu conjunctum, Ps. 73: 25, 26. Matth. 13: 45,
 46. Philipp. 3: 8; num *ei simile sit desiderio*, quo ma-
 xima siti & fame pressus, potum & cibum exquisitis-
 simum, saluberrimumque, expetit; 2:0 *num constans*
 sit, non vero *ambulatorium* & fumi instar, subito eva-
 nescens, quale fuit Pharisei, Luc. 14: 15; num *tale*
 sit, quale Davidis Psalm. 119: 20; quale Pauli, Phil.
 3: 12. Notandum tamen maxime est, dicti desiderii
constantiam, non inferre ejusdem, omni tempore, *α-
 qualitatem*, sed posse illud, ut solet, pro circumstan-
 tiis, jam *majus* esse, jam *minus*, modo *serium* sit &
sincerum. Sicut enim, quamdiu *naturaliter* vivit homo,
 nunquam cessat sanguinis circulatio, sed jam *tardior*
 tamen, jam *celerius* est; ita quamdiu *spiritualiter*, du-
 rat dictum desiderium, licet *diverso* *sæpe* *gradu*. Vi-
 de de his plura, apud Rev. Pontopp. libr. citat. pag.
 51, seqq. *Tale*, si suum esse, certo deprehenderint,
desiderium Christi Mediatoris, quin de *fide*, exigua li-
 cet,

cet, *salvifica* tamen, sibi gratulari possint, nulli dubitent. Dignissima sane sunt, quæ heic adponantur, verba beati nostri Megalandri Lutheri, hac de re, ad Es. 28: 16, ita habentia: Christus är hörnestenen; ho som allenast har så mycken tillit, at han i det minsta icke flyr derifrån, icke hastar, utan håller fort, den blifver ansedd såsom en trogen; teste Pontopp. pag. 70, fere ad calcem. Ast, inquis, *qui commemorata debili illa & infirma fide* tantum gaudent; per antecedentia, *dubitant*, an habeant aliquam fidem, & per illam, remissionem peccatorum; *dubitatio vero*, cum *fide vera*, consistere nequit, ergo talium *fides est nulla*. Hunc in modum, multos Theologorum, alias non certe insimi subsellii, argutari, passim videre licet. Sed probe heic distinguendum est, inter *dubitatem*, quæ est *contra fidem, & de fide*. *Illa* est, qua quis, ante conversionem, dubitat, de *universalitate gratiae Dei* & meriti Christi, ideoque de *veritate* promissionum Evangelicarum, Jac. 1: 6 - 8; *hæc* vero, qua quis, de his omnibus licet persuasissimus, dubitat, de *veritate & sinceritate pœnitentiae suæ*; an scil. foeditatem peccatorum suorum, *rite* agnoverit, an de illis *satis* doluerit, anque sic remissionem peccatorum, obtinuerit, quam tamen avidissime desiderat & expetit, Christoque, *tenui saltem & trepidanti fiducia*, constanter adhæret; Jon. 3: 9. Marc. 9: 24. *Illa* dubitatur, de Deo; *hac*, de se ipso præfertim. *Illa*, cum *vera fide* minime consistere potest; (per allatum S:ræ S:ræ locum) *hæc*, ean-

dem neutiquam tollit, cum, durante adhuc lucta, *semper succumbat dubitatio*, donec, dubiis sensim sensimque, gratia Dei, sublatis, *fides infirma & supplex*, in *firmam & triumphantem*, tandem feliciter abeat; conf. de his Rev. Pontopp. libr. laud. pag. 69. ad calcem.
 "Dubitatio de fide nostra etsi tristis est & omni modo
 "tollenda, tamen non tollit salutem, quia non ad ver-
 "bum Dei pertinet, sed ad nos: eaque tollenda est, fi-
 "de diligenter exploranda, secundum verbum Dei, ut
 "erudit & pie monet Celeberr. D. Jo. Aug. Erne-
 stus, in Thesi sua Theol. XXXIII. Part. II. Sect. V.

§. V.

Atque sic, non ut voluimus quidem, ne dum, ut
 debuimus, sed potius, ut, pro negotiorum copia &
 temporis inopia, potuimus, materiam hancce, non mi-
 nus arduam, quam rite cognitu apprime necessariam,
 exposuimus. Nobis certe, ut aliis, specimen quod-
 dam edituris, varia occurrebant argumenta, nostra
 meditatione digna, horum tamen hoc dignissimum no-
 bis merito visum est. Ipsius namque ad Salvatoris
 nostri, nunquam satis amandi, laudandi, venerandi,
 mandatum, summa, ab Apostolis, eorumque sic suc-
 cessoribus, ad finem seculi, auditoribus suis, annun-
 ciandorum, esset doctrina, de *pœnitentia & remissione*
peccatorum, Luc. 24: 47. Cum igitur non tantum re-
 cordaremur, prædictum in libris nostris Theologicis,
 obvium dissensum, de hac doctrina, sed etjam, sæpius
 fane

sane experti essemus, in multis nostris concionibus sacrīs, plurima asseri, de maximo, parum vero, imo nihil prorsus, de minimo contritionis & fidei gradu, quem tamen, ad regenerationem, justificationem & salutem, esse sufficientem, maximorum Theologorum, & ipsius S. S. evidentissimis testimoniis, jam probavimus. Certo igitur certius persuasi, incommoda illa maxima, tam a nobis, in §. §. I & IV, quam a beat. Episc. Pontoppidan, locis allatis, commemorata, inde in posterum æque esse oritura, ac hactenus orta sunt; datam nobis, non tam accepimus, quam potius arripuit ansam, quantum penes nos, funestissima hæcce præveniendi mala. Illos itaque, qui nobis aut sunt juniores, aut studii forsitan Theologici imperitiores, serio admonitos volumus, ut ne, si quæ ipsis est, quod vehementer optamus, experientia spiritualis, alios sua unice metiantur decempeda, vel certos sibi eligant Auditores Homileticos, in quorum verba, sermonem sacrum meditaturi jurent, sed plures conferendo, ea probent & doceant, quæ sacrīs, congrua sunt Pandædis, Joh. 5: 39. 2 Tim. 3: 14 - 17. Juvabit etjam maxime, illorum scripta diligenter legere, releggere ac meditari, qui Theologiam Asceticam & Moralem tradidere, in primis autem Institt. Theol. Practicæ M. R. atque Celeb. D. D. Knös; hæc enim utraque theoriam praxi, & praxin Christianismi, theoria confirmat, unde non potest non maxima, de veritatibus cœlestibus, oriri convictio. His observatis, ministro Ecclesiæ non

difficile erit intellectu, quid verum sit & dicendum, quid falsum & fugiendum, in scriptis aliorum, præsertim si antea solida iacta sint Theologiae Systematicæ fundamenta, & debito gaudeat judicio discretivo; secus autem, fide, in officii sui gravissimi functione, carbonaria, maxime nitatur, necesse est, in proprium suum, suorumque Auditorum, maximum damnum. Ante omnia vero ei, qui puritatem doctrinæ ipse sectari, eandemque Auditoribus suis digne inculcare voluerit, sinceræ studendum est pietati, sine qua, omnia dona administrantia, omnis scientia, nihil sunt, 1 Cor. 13: 1, 2. Vera igitur non minus, quam tristis est querela Frid. Ad. Lampii, qui, deplorandus est, inquit, saluberrimæ admonitionis neglectus, qui eousque invalidit, ut non desint accuratissimi S:æ S:æ usque ad apices & minutias, interpretos, ac controversiarum atque dogmatum apprime gnari doctores; verum in conscientiis dirigen- dis tractandisque, nec non reliquis omnibus Pastoralis munieris functionibus eo usque hospites, ut non solum tamquam forices se ipsos illis, qui in viis Domini exercitati sunt, facillime prodant, sed etiam, per jejenum de opere Spiritus Sancti judicium, imperitiorum animas perturbent, quin ipsam veræ masculaque pietatis caussam proculcent. Talibus Doctoribus, meliora adprecamur, verbis Pauli: Ebr. 13: 20, 21. Οὐ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγών ἐν νεργῶν τὸν ποι- μένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν ἐν αἵματι διαθήκης αἰώνις, τὰ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν, Καταετοῖσι υἱῷς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ ευφερέσσον ἐνωπίον αὐτοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὃ οὐδὲν εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων. Ἀμην.

S. D. G.

